

Extra tekst bij Disco, Hoofdstuk 13

Regi Procae, nepoti Ascanii, duo filii erant: Numitor et Amulius.

Rex, quia deus Pluto paulatim ei appropinquabat,
ante mortem regnum et divitias dividere statuit.

Ideo, postquam filios convocavit, eos rogabat:

“Dicite mihi: quis vestrum regnum meum, quis vestrum divitias meas habere vult?”

Amulius, quamquam frater eius maior natu erat, cito surrexit.

Magna voce exclamavit: “Da mihi aurum tuum, pater; Numitori rex esse licet!”

Ita aurum regno praeferibat, nam pro certo scivit: rex sine divitiis potestate caret!

Ut mors vitam longam regis finivit, Numitor valde dolebat, quia patrem carum desiderabat.

Amulius autem non tam maestus erat et mox etiam regnum fratris cupivit.

Multis cum sociis armatis regiam petebat et auxilio eorum fratrem ex urbe abire coegit.

Deinde filiam eius virginem Vestalem fecit. Postremo et filium solum fratris necavit!

Tandem Amulius rex erat, impius quidem.

Multi eum timebant et oderant, sed armis eos parere coegit.

Nocte autem curae et anxia somnia eum diu vexabant, quod fratrem e regno pepulerat.

Woordjes:

maior natu	= de oudste
pro certo	= zeker
regia	= paleis
Vestalem (acc.)	= Vestaals
somnium	= droom

